ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh.
Seite 66r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

suae animae possideat ciuitatem; hoc enim modo
de patre eius efficiemur. De patre meliore quae
est sicut stellae caeli inclarescere. ut et nos bene
dictionem abrahae capere possimus. per xpm
dnm nostrum. cui est honor in saecla saeclorum.
Expt omlt viii. Incp x De rebecca
cui exisset ad aquam hauriendam
et occurrisset ei puer abrahae.

Isaac inquit scriptura crescebat et confortabatur;
id est gaudium crescebat abrahae. perpicienti
non ea quae uidentur. sed quae non uidentur; non
enim gaudebat de praesentibus abrahae. neque de di
uitiis mundi et caetib; saecli. Sed uisu audiuit abra
ham unde gaudere. Audi dnm ad iudaeos di
centem; Abraham pater uester desiderauit. ut
uideret diem meum. et uidit et gauisus est.
Per hoc ergo crescebat isaac. per quod abrahae illu
uisio quae uidebat xpi diem. et spes quae in ipse
gaudia cumulabat; atque utinam efficeremini
et iam uos isaac. et esset in gaudium matri uri
ecclesiae. Sed uereor ne adhuc in tristitia et
gemitu ecclesia filios pariat. Aut non est
tristitia et gemitus. cum uos non conuenitis ad
audiendum di uerbum. et uix festis diebus ad